



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XVII. Otto und Werner, Edle von Hadmersleben, schenken dem Kloster  
Diesdorf vier Hufen in Danxsen, am 21. Februar 1277.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

Prepositus Fridericus comparavit a nobis, cum areis et Pratis, cum omni Jure et utilitate appendente absque Advocatia. Ne autem aliquis imposterum modernorum aut futurorum memoratam Ecclesiam in predictis bonis valeat impedire, Warandia defendemus. Et ut rei huius actio stabilis et rata permaneat, presentem paginam sigillorum nostrorum fecimus appensione muniri. Testes Fideles et idoneos adhibentes, quorum nomina hec sunt: Dominus Bruno et Dominus Wernerus, Sacerdotes, Dominus Helmbertus et Dominus Gerardus de Vitztreue, Dominus Hermannus Zabel et Dominus Helmbertus Lupus, Dominus Tidericus de Bilrebeke et Dominus Rabodo de Plote, Milites, Hermannus de Couelde et Fridericus Fredeuincke, Hermannus Knop et Christianus de Lidfere, Rudolfus de Campe et Wineke, Magister Civium eiusdem Ville et alii quam plures. Acta sunt hec Anno Domini MCCLXV. Indictione Octava, in Die Elyfabet.

Beckmann's Beschreib. V, I, X, Sp. 145. 146.

XVII. Otto und Werner, Edle von Hadmersleben, schenken dem Kloster Diesdorf vier Hufen in Danrsen, am 21. Februar 1277.

In nomine patris et filii et spiritus sancti Amen. Otto et Wernerus, Nobiles de Hadmersleue, omnibus in perpetuum. Cum ea que fiunt in tempore labantur cum tempore, expedit ut ea que aguntur in scripta publica redigantur. Nouerint igitur tam presentes quam futuri fideles in Christo, quod nos IV mansos in Danrsen sitos, qui de proprietate nostra erant, preposito de Destorp vendidimus legitime et pro contractu venditionis tradidimus ipsi Claustro cum omni plenitudine juris ipsos perpetuis temporibus libere possidendos. Ne igitur emptionem ipsius prepositi jam dicti alicuius proteruitas valeat infirmare, presens scriptum in robur validum eidem claustro dedimus et illud sigilli nostri appensione fecimus communi. Huius rei testes sunt H. dictus Grelle, Henricus de Ottersleue, H. de Reddigou, S. de Lotstrobe, milites et alii quam plures fide digni. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXVII<sup>o</sup>, VIII<sup>o</sup>. kal. Martii.

Cerrens Dipl. II, 166—167.

XVIII. Die Söhne des Edlen Conrad von Dorstadi verkaufen dem Kloster Diesdorf Besitzungen zu Hohen Dolslege, am 3. August 1278.

Nos dei gracia Bernardus, Canonicus Hildensemensis, et Conradus, Canonicus Halberstadenfis, Arnoldus, Canonicus Magdeburgenfis, Fredericus et Waltherus,